James (Wiki—) Scholar of Westminster

ΕΙΣΑΓΩΓΗ
IN
LINGUAM CHALDÆAM.

In usum Scholæ VVestmonast.

Autore GULIELMO JAMESIO
ejusdem Scholæ nuper Alumno.

מִיגְמַר בְּעַתִּיקְתָא קָשֶׁה מֵחֲדַתָא
Talmud. Joma. fol. 29. col. 1.



LONDINI,
Ex Officina ROGERI DANIELIS, ad ædem hederaceam
in *Aula Lovelliana* prope Cœmiterium D. *Pauli*,
MDCLI.

V. β

Libris J Tattersall

Dedication copy to Dr. Busby, Master of Westminster School?

Dickinson. 1/-

Reverendissimo Viro, Domino meo,
Magistro Richardo Busbeio,
Scholæ Westm. Archididascalo Literatissimo,
Tutori, Parenti, Patrono,
Plurimis mihi nominibus Colendissimo:
Æternam Fœlicitatem.

Reverendissime Vir:

Solenne ferè omnibus est dedicatis studiorum primitiis Patronos aucupari, eâdemque operâ *Lbros* & *Amicos* conscribere. Quin antevertêre semper patrocinia Tua, non siquid in Te gratum facerem modò, sed cogitarem: Tam longè absum ab emendicandis de novo beneficiis, ut de vetere summâ, propter quam fides mea miserè laborat, penè desperabundus conturbem. Tantus Tuo in ære sum ut nemo magìs; tam diu fui ut vix alter priùs. A primâ ætatis & studiorum meo-

rum teneritudine succreverunt indies, quæ me nunc obruunt, rationes Tuæ: Siquid obnitar, aliquid officii meditatus, propriis videor implicari conatibus, & gratitudinis tantùm umbram & imaginem captare; & majus quiddam usque superesse sentio quàm quod præstiterim. Ad Te tamen festinant, agnituri vel sine epistolâ Institutorem suum, implumes laborum meorum fœtus, ad Tui Judicii solem se exploraturi, cujus ad speculum nescium fallere, tum humaniores Literæ, tum reconditiores Scientiæ ornari se, & nativum decorem sibi ostendi, aliúsque comprobari gestiunt. In Tuâ enim Literariâ officinâ non tantùm *disertè strepunt* Linguæ, verùm & Artes (hîc verè *Liberales*,) *scitè fari* incipiunt, & Institutorum Tuorum primo velut motu, & cœlestiore impulsu utriusque Academiæ poli volvuntur. Quàm itaque ad invidiam fœlix ego, qui diu gremio intimè admotus Tuo, sanctiores curas, quibus numerosissimo gregi fœliciter præsides, in me unum converterim: Te insti-

tutionis

tutionis meæ Moderatore & Magistro; Te ærumnarum Asylo; Te totius vitæ Genio; aliquâ iter. Et tanto viro quantillum pa-rum munusculum; in eo forsan officiosior paulò, at quàm parùm gratus! Si lingua-rum omnium, quas ori meo indidisti, in gratulationem modò consonantium, pios conatus expromerem, quid aliud quàm impares Tuis meritis grates evagirem, & multifido cum hiatu conticescerem? Pla-cuit tamen præ aliis Idiomate non vulgari, Græco aut Latino, quo tanquam vernacu-lo intra Tuæ disciplinæ pomœria pueruli garriunt, obsequium erga Te meum te-statum facere: verùm erudito illo, quod Scientiarum Principibus Magis in usu, sa-crosancto etiam illo, in quo Propheticæ arcanioris mysteria Deo visum est tradere; illo denique sonantiore, & emphaseos pleno, atque adeò gratiis referendis apprimè utili, & quasi divinitus accommodato. Ne suc-censeas, precor, aut modestiæ Tuæ vim illatam putes, si verè cum Te dixero, cu-jus singularem in excolendis puerorum

ingeniis

ingeniis, linguiſque formandis præſtantiam, *eruditior* (inquam), *ſanctior, ſonantiorque Chaldaïſmus*, non in meo ſolius ſed & omnium ore, ultra nationis ſuæ terminos latè deprædicet. Quid itaque eſt, quod animus meus molitur, prælum parturit? certè perexiguum gratiarum uti & Linguæ compendium; pariterque prælectionis Tuæ & meæ obſervantiæ *prima* velut *elementa*, & *abcedarium*. Neque tamen id factum putes, qui, quàm ſim ego lucifuga, probè nôris, ut ex latibulo meo proferrem me in apricum, & è diſcentium ſubſelliis Magiſterii Cathedram ſubſultim invaderem: Neque penitùs ita remitti induſtriæ meæ nervū pateris, & otii fructus diſperdi, ut nugas venales facerem, & imperitiam meam typis excriberem; atque, utì fit, cum vulgo Scripturientium publicè inſanirem; quorum tam importuna ubiq; fervet multitudo, ut Prometheo magis ſit opus quam Typographo, qui Libros non cudat ſed Lectores. Minutulis his & rudioribus analectis non aliâ de cauſâ pre-

tium

tium statuo, quàm quòd è Tuo penu deciderint, cujus levissima αὐτοσχεδιάσματα per incuriam è manibus amittere & non in commentarios referre, aut per invidiam supprimere & à communi usu distinere, mihi religio est. Opus igitur, à Te profectum, ad *Te* cupit reverti; &, vel me tacente, ipsum se Tibi dedicat. Ea tamen, vereor, quæ nituerunt in fonte, in rivo quàm sordescant; & in malè scriptis, quæ bene dicta, desiderentur; unde rectè quispiam pro *Minervâ suem*, pro *Chaldæo Æthiopem*, toto cœlo diversum, exclamet. Meritum in his paginis ne quæras, obsecro, nisi quòd apponis; consecro Tibi ut fiat Liber, non quod sit: Infra præli pompam tam longè subsidunt mei conatus, ut, non aliàs quàm atomi, quibus pro animâ radii, Te non collustrante, in tenebras & nihilum abeant. Non leuem addit fiduciam placendi aliis id, quod mihi perplacet, *Frontispicium* multùm augustius Libello, quem sola Tui nominis epigraphe Bibliopolii ruderibus extractum, in Legentium

ma-

manus venire jubebit: Tuis ab oculis jam recèns dimissus, ornatior prodibit & castigatior. Da veniam hisce, si ita visa sint, sphalmatis, & spem adjice emendatius quiddam aliquando tandem aggrediendi. Meum est, non unico duntaxat, sed universo prorsus idiotismo linguarum, literarúmque varietate, quibus & os mihi & animum pergis instruere, tanquam Dodonæum cymbalum semel percussum, nunquam non laudes meritorum Tuorum studiosissimè personare. Concedat Deus Opt. Max. ut, qui hactenus à Te vixerim, nunc denuò ad Te vivam et seram senectutem (quam Tu Reipub. Literariæ; illa vicissim Tibi ardentissimè exoptat) tum gratitudinis meæ, tum Fœlicitatis Tuæ æternitas consequatur. Quod assiduè precatur

Dignitatis Tuæ

Devotissimus Cultor et Filius

Gulielmus James.

Ad Lectorem.

NOn me fugit, Amice Lector, quid tibi jamdiu bilem moveat, strepere undique Grammaticos, & ob multitudinem docentium discentibus locum non esse. Adeóne id pro culpâ deputas, quod olim inter pœnas habitum, Docere literas? Et licere tibi vis, ut in Magistros ferulam vibres? Verùm neque hæc censura me mordet. Exiguus modò præ manibus libellus Grammaticarum non adauget numerum, sed earum multiplicitatem uno quasi fasciculo constringens, & molem & pretium imminuit. At neque, quæso, in hasce chartulas despuas, ut quæ præcocem & ante pilos Doctorem obtrudant; Hoc in tractatulo non perinde me ducem ac studiosis condiscipulum præbeo: Neque hercle Mercurios facere ambitio est, quin ipsum me Mercurium in viâ dare eis, qui ad Chaldaismi notitiam perfacile & breve iter meditantur. In eo me puto nemini displiciturum, quòd per com-

pendia tædium evito; initio enim imminet finis, & Lectoris oculum pergere cupientem colophon inopinatus sistit. Quid igitur, inquies, lectu dignum arcula tam angusta continet? nihil vides magnum. Placuit mihi illud persequi, in quo Magni Viri, quotquot novi hoc in pulvere desudâsse, suis abuti noluêre laboribus, dum faciliora perceptu missa fecerunt, citiùs discenda arbitrati, si non docerentur. Quo pacto (pace eorum fas sit dicere) suis tenebras offudêre vigiliis, & sibi solis lucentes, sequi volentibus fumum pro face prætulerunt. Mei instituti est cum puerulis Chaldæis prima verba tentare, non cum Rabbinis profundiùs disserere. Invenies tamen, Lector Candide, quod apud alios fortè desiderabis, in brevitate perspicuitatem & copiam, in varietate ordinem; Paradigmatum formulas (in quibus delineandis necessitas pariter & difficultas operæ manum potissimùm exercuit) de novo alias, alias nunc primùm consummatiùs luculentiúsque exhibitas; punctorum denique notationem, alibi valde suspectam, hîc fide digniorem. Quid insuper præstitum, meliùs res ipsa loquitur. Id unum admonendus es, ad Horologium Hebræum tempora

pora in literis Chaldæis collocanda exigere: parùm hîc amaritudinis percipies, cùm Hebræorum radices prælibaveris. Age itaque, ab Hierosolymis *ad* Babylona *quàm facillimi erunt progressus! Tu modò mecum industriæ periculum fac, an, quod mensis perfecerit, septimana perlustraverit. Fructus indè siquos collegeris (quot verò & quanti sint, si nescias, Daniel & Esra optimè interpretantur) ad Aram Domini, cui Librum, utì & Linguam, sacrum volo, deponas. Vale, & mecum* disce; *aut, quod mallem, me* doce.

pera in literis Chaldæis collocanda exegere: Ju-
dæis &c [illegible] perceptis, cum Hebræorum
rudera [illegible]. Age itaque, ab Hierosoly-
mis ad Babylona [illegible]
[illegible] meum [illegible] parum [illegible]
faciam, quod [illegible] perficiam, [illegible]
[illegible] collegeris
[illegible] sunt [illegible], Daniel,
Ezra, [illegible]) [illegible] Deum
cui [illegible] Linguam [illegible]
[illegible]
[illegible] duce.

Εἰσαγωγὴ

In Linguam Chaldæam.

CHaldæorum Literæ, tum Consonæ, tum Vocales, numero, figurâ, nomine, potestate cum Hebræis conveniunt; & similiter in numerando adhibentur.

פ	ע	ס	נ	מ	ל	כ	י	ט	ח	ז	ו	ה	ד	ג	ב	א
80	70	60	50	40	30	20	10	9	8	7	6	5	4	3	2	1

ץ	ף	ן	ם	ך	ת	ש	ר	ק	צ
900	800	700	600	500	400	300	200	100	90

Divisio Consonarum eadem est: sive in undecim *Radicales* ג ז ח ט ס ע פ צ ק ר ש, & totidem *Serviles* א ב ד ה ו י כ ל מ נ ת; è quibus ד Hebræorum radicalis, hîc servit; ש radicat: Sive in *Gutturales* &c. *Quiescentes* &c. Sex *Heemanticis* ד septima accensetur; הָאֱמַנְתִּיו. Vocalium itidem in longas &c.

Advertenda est tamen permutatio quædam literarum, quâ voces Hebrææ in hanc linguam cooptantur:

ב in פ ut פַּרְזֶל *ferrum.*
ד in ט ut טָבָא *fama.*
ז in ד ut דְּהַב *aurum.*
ט in ז ut טִין *lutum.*
כ in ק ut קְפַל *duplicavit.*
ל in ר ut אַרְמְלָא *vidua.*
ם in ן ut תּוֹרִין *boves.*
נ in ל ut אַרְמְלָא *vidua.*
ס in ש ut כְּנַשׁ *collegit.*
צ in { ע sæpe; ut אֲרַע *terra,* עָאן *pecus.* א; ut אָע pro עֵץ (per metathesin) *lignum.* ט ut קַיִט *æstas.* ק ut אַרְקָא *terra.* }

ש in { ת sæpe; ut תּוֹר *bos.* שֵׁת *sex,* תְּרַע pro שַׁעַר *porta*; ubi & metathesis. ט ut קְטַר *ligavit.* ס ut סְמַר *custodivit.* ר ut בַּקַּר *quæsivit.* }

ת in { ד ut עִדָּנָא *tempus* ex עֵת. ט ut טְעָא *erravit.* }

Proprium Chaldææ dialecti est literas quiescentes א ה ו י promiscuè usurpare ; ut שְׁיוֹל & שְׁאוֹל *sepulchrum*. Usitatissimum א pro ה ut עֵטָא pro עֵצָה *consilium*, חֲדִי חֲדָה חֲדָא *gavisus est*. In Daniele & Esra א & ה indifferenter penè usurpantur.

Ponuntur gutturales pro se invicem ; ut חֲסִין pro עֲסִין *robustus*, סַגִּיא pro סַגִּיע *multus*.

Frequens est elisio quiescentis vel gutturalis, ut לוֹן pro לְהוֹן, שׁוֹדָא pro שׁוֹחֲדָא *munus*, קְטִי pro קְטִיע *succisus*. In fine ת excidit ; ut מַלְכוּ pro מַלְכוּת *regnum*.

Redundant sæpiusculè quiescentes ; ut לֵילֵי vel לֵילְיָא *nox* à לֵיל. סוּס *equus*, סוּסְוָן. Jod post tzeri familiariter ; ut צֵילֵם *imago* ; potissimùm in verbis ; ut מַלֵּיל pro מַלֵּל *locutus est*.

Est etiam punctorum vocalium mutatio : Camets pro Holem passim ; ut קָל pro קוֹל *vox*, דָּר pro דּוֹר *ætas*. tzeri quoque ; ut רֵאשׁ pro רֹאשׁ *caput* : item לְשָׁן pro לָשׁוֹן *lingua*, נוּקְבָא pro נְקֵבָה *fœmina*, שְׁם ex שֵׁם *nomen*.

Sægol nisi initiale Chaldaismus non fert, ídque ferè sub א ; ut אֶצְבַּע *digitus*, אֶפְקֹד *visitabo* ; ubi occurrit, pro Hebraico censendum est ; ut מֶלֶךְ *rex*.

Iisdem in locis quiescit & movetur scheva utriusque linguæ : mobile sub gutturali, interdum sub aliâ, dilatatur ; ut קֳדָם *coram* ex קֳדֶם, הוּסְפַת *collegit* Daniel. 4. 33. post longas non raro silet ; ut אוּרְכָא *longitudo* ; post patha pronunciatur ; ut בַּיְתָא *domus* : ante hatephatam, in similem mediocrem vertitur ; ut לֶאֱלָהִין : contractis iterum duabus in unam longam ; ut לֵאלָהִין. Patha furtivum, ut apud Hebræos subjicitur finalibus ע ח.

Usurpatur utrumque Daghes : forte in נ sæpe resolvitur ; ut מַנְדַּע pro מַדַּע *scientia*, מִנְתַּב pro מִתַּב à יְתַב *habitavit* : in duplex י vel ו, apud Targumicos ; ut נְבִיָּא

pro

pro נְבִיָּא *vates* ; A gutturalibus excluditur, frequenter sine compensatione. Idem usus est hîc punctuli mappick, & (in Chaldaismo sacro) vinculi maccaph, & retinaculi Metheg.

Carent Chaldæi accentuum notis: In Bibliis verò appinguntur, more Hebræorum. Nomen milhel, utì ipsum Sægol, valde infrequens est, & minimè Chaldaicum: Usu receptissimæ vocales sunt patha cum præcedente Scheva; ut כְּסַף ex כֶּסֶף *argentum*, כְּתַל ex כֹּתֶל *paries*, נְמַר ex נָמֵר *pardus*. rariùs tzeri cum scheva; ut מְלֵךְ ex מֶלֶךְ *rex*. Prior illa forma in verbis regularibus ferè perpetua; ut פְּקַד *visitavit* : in cæteris etiam dictionibus non inusitata, ut עֲבַר ex עֵבֶר *trans*. Usitatior est patha ante ultimas ר ע ח, quàm Hebræis.

Partes orationis omnino eædem, unà-cum earum accidentibus. Idiotismus linguæ spectatur; 1. in Terminatione Generum præcipuè fœminini : neutrum enim, utì nec Hebræis, nullum est. 2. in Inflexione Nominum, quibus accensentur Pronomen & Participium. 3. in Conjugatione Verborum. 4. in Suffixis.

Genera.

Masculina penè eodem, quo Hebraica, fine dignoscuntur.

Fœminina exeunt in servili א, nec non & ה, cum Camets; ut דַּעְא *scientia*, חֲבוּלָה *corruptela*; frequentiùs ה post א, ne duplex א indecorè concurrat; ut אוֹדָאָה *confessio*. Nonnunquam in ות & ית, rarissimè in ות :&, ת per apocopen abjecto, in וּ, ִי, ו ; ut מַלְכוּת *regnum*, נְוָלוּת & נְוָלִית *sterquilinium*, רִבּוֹת *myrias* : unde נְוָלוּ Ezr. 6. 11. נְוָלִי Dan. 2.5. רִבּוֹ.

 Fœmi-

Fœmininum formatur à masculino in אָ, ut מַנְדַע *scientia*, מַנְדְעָא · טָב *bonus*, טָבָא *bona*. Quando distinguuntur sexus, adjicitur תָא cum schevâ; ut מֶלֶךְ *rex* מַלְכְתָא *regina*. Finita in jod vertunt illud in אָה præeunte Camets; ut קַדְמַי קַדְמָאָה *primus*,-*ma*.

At verò non semper אָ generis fœminini index est, quin & emphaseos in masculino, ut הַמֶּלֶךְ, מַלְכָּא Græcè ὁ βασιλεύς. Chaldæi enim nominibus ità postfigunt א, veluti Hebræi præfigunt ה. א postfixum vocatur א מַנְדְעָא; quemadmodum ה præfixum, ה הַיְדִיעָא.

Declinatio Nominum

Duplex est: Prima masculinorum; Secunda fœmininorum.

Utriusque generis forma triplex est; absoluta, emphatica, constructa; per omnes numeros. ubi observa servile א vel ה abjici à fine singularium cujuscunque generis cùm ex illis efformanda sint dualia aut pluralia.

Masculinum singulare ex absoluto fit emphaticum, assumpto אָ; ut סוֹף *finis*, סוֹפָא: סְפַר *liber*, סִפְרָא. א vel ה finale fit יָא; ut סְנָא vel סְנֵה סַנְיָא.

Propter additionem syllabæ אָ, finales patha, tzeri, sægol, rariùs camets mutantur in scheva: penultimæ etiam tzeri, holem, sægol vocis milhel, ità in hac linguâ variantur ut in Hebræâ propter suffixa; ut עָלַם עָלְמָא כָּהֵן כָּהֲנָא. Duorum itidem schevajm initio concurrentium, productio utrobique similis est: ut plurimùm tamen, patha pro hirec: סְפַר סִפְרָא *liber*, פֶּחָר פַּחֲרָא *figulus* מְלֵךְ מַלְכָּא *rex*, חֵלֶם חֶלְמָא *somnium*, כְּתַל כְּתְלָא *paries*. In dissyllabis hirec post scheva transponitur; ut בְּכִי *fletus*, בִּכְיָא; Post patha in scheva convertitur, ut עַיִן *oculus* עֵינָא. Patha quandoque fit hirec; ut פַּת פִּתָּא *frustum*: Occurrit alia mutatio vocalium; ut גְּבַר *vir*, גַּבְרָא &c.

Camets

Camets & tzeri antepenultimæ, propter augmentum non corripiuntur; uti nec penultimæ propter regimen: infrequentissimè ultimæ. Interdum longæ crescentium defectivorum in analogas brevientur, cum daghes; ut אֵם אִמָּא *mater* גֻּבָּא גב *fossa*.

Masculinum singulare constructum idem cum absoluto est.

Ex singulari formatur absolutè duale in ַיִן; plurale ִין; ut יַד *manus* תּוֹר *bos*, יְדַיִן תּוֹרִין. Utrumq; emphaticè in ַיָּא ut יְדַיָּא, תּוֹרַיָּא: constructè in ֵי, ritu Hebraico; ut יְדֵי תּוֹרֵי. Vocales præcedaneæ in quâvis formâ plurali mutationem imitantur singularis emphaticæ; ut מַלְכָּא ex מַלְכַּיָּא מַלְכֵי מַלְכִין.

Fœmininum singulare in formâ emphaticâ vertit א (ה & אָה) in תָא antecedente schevâ; ut חָכְמָא חָכְמְתָא. in constructâ, א fit ַת; ut חָכְמַת.

Finitum in ת adsciscit tantùm אָ; ut מַלְכוּת מַלְכוּתָא: cujus constructum idem est cum absoluto.

Pluralis fœmininorum ex singulari formatur in ָן; ut חָכְמָן. Emphasis parit תָא; ut חָכְמָתָא: constructio ָת; ut חָכְמָת. ות & ית facit ָן præeunte scheva; ut מַלְכוּת מַלְכְוָן: רִבּוּת, רִבְוָן. ית ָן cum eodem; ut זַרְעִית *familia* זַרְעְיָן. forma emphaseos vel regiminis in vocibus hisce ex plurali absolutâ gignitur, verso ן in תָא & ת; ut מַלְכְוָן, מַלְכְוָתָא מַלְכְוָת. Quædam alia parturiunt pluralem in ָן, interjecto ה vel ו cum camets, interdum & scheva; ut אֵם אִמָּא *mater*, אִמְּהָן, אִמְּהָתָא. סוּס *equus*, סוּסְוָן. sic שֻׁם, אַב &c.

Nomina in Jod desinentia habent in singulari emphatico ַיָּא & frequentiorem ָאָה, ut קַדְמַי קַדְמָיָא & קַדְמָאָה. fœminina resumunt jod schevatum pro א, præcedente pathâ, quandoq; camets; ut קַדְמַיְתָא, קַדְמָיְתָא; item קַדְמֵיתָא. In plurali emphatico & constructo masculina exeunt frequentiùs in ָאֵי, ut קַדְמָאֵי

Dan.

Dan. 7. 24. non קַדְמָיָא. fœminina in triplici formâ postulant utrinque jod cametsatum; ut קַדְמָיִן, קַדְמָיִת, קַדְמָיְתָא.

Quædam masculina pluralem efferunt more fœmininorum; & è contrà; ut יוֹם *dies*, יוֹמִין. מִלָּא *sermo*, מִלִּין &c.

Nonnulla utriusque generis pluralem admittunt; ut קָל *vox*, קָלִין & קָלָן. בִּרְכָא *benedictio*, בִּרְכִין & בִּרְכָן. נַפְשָׁא *anima*, נַפְשִׁין & נַפְשָׁן. אֶצְבַּע *digitus*, אֶצְבְּעָן & אֶצְבְּעִין. Dan. 5. &c.

Alia pluralem aliunde mutuantur; ut בַּת *filia* בְּנָן à בַּר *filius*.

Distinctam habent à cæteris anomaliam adjectiva quædam numeralia, motionem nempe generis contrariam: masculina enim in א desinunt, constructa in ת;ut חֲמִשָּׁא חֲמֵשֶׁת *quinque*; fœminina ex illis fiunt; absoluta, rejecto א & scheva ante illud mutato in tzeri; ut חֲמֵשׁ: constructa, verso א in תִי; ut חֲמִשְׁתֵּי: Sic תְּלָתָא *tres*, אַרְבְּעָא *quatuor*, שִׁתָּא *sex*, שַׁבְעָא *septem*, תְּמָנְיָא *octo*, תִּשְׁעָא *novem*, עַסְרָא *decem*. Propter gutturalem ultima singularis absoluti est patha; ut אַרְבַּע.

Forma emphaseos in constructione nunquam collocatur nisi cum articulo דְ vel דִּי sequente; ut טַבָּחַיָּא דִּי מַלְכָּא *Satellites regis* Dan. 2. 14.

Casus omnes sunt ὁμοιόπτωτοι: quibus tamen distinguendis inserviunt non rarò hæ particulæ: דְ vel דִּי signum genitivi, לְ dativi, nonnunquam & accusativi, cujus & communior nota יַת (cum affixis יָת): מִן ablativi.

Declinatio

Declinatio Masculinorum.

	Absoluta	Emphatica	Constructa.	
S.	עָלַם	עָלְמָא	עָלַם	*sæculum.*
D.	† עָלְמַין	עָלְמַיָא	עָלְמַי	
P.	עָלְמִין	עָלְמַיָּא	עָלְמֵי	

† *Dualem numerum masculina vix agnoscunt: fœminina prorsus respuunt; qui proinde in sequentibus negligitur.*

	Absoluta	Emphatica	Constructa	
S.	סְפַר	סִפְרָא	סְפַר	*liber.*
P.	סִפְרִין	סִפְרַיָּא	סִפְרֵי	
S.	כְּתַל	כֻּתְלָא & כְּתָלָא	כְּתַל	*paries.*
P.	כְּתָלִין & כֻּתְלִין	כְּתָלַיָּא & כֻּתְלַיָּא	כְּתָלֵי & כֻּתְלֵי	

Declinatio Fœmininorum.

	Absoluta	Emphatica	Constructa	
S.	חָכְמָא	חָכְמְתָא	חָכְמַת	*sapientia.*
P.	חָכְמָן	חָכְמָתָא	חָכְמָת	
S.	בְּרְיָא	בְּרִיְתָא	בְּרַיַת	*creatura.*
P.	בְּרְיָן	בְּרִיָתָא	בְּרִיָת	
S.	מַלְכוּת	מַלְכוּתָא	מַלְכוּת	*regnum.*
P.	מַלְכְוָן	מַלְכְוָתָא	מַלְכְוָת	

Declinatio Adjectivorum.

		Absoluta	Emphatica	Constructa	
S.	M.	קַדִּישׁ	קַדִּישָׁא	קַדִּישׁ	*justus, a.*
	F.	קַדִּישָׁא	קַדִּישְׁתָא	קַדִּישַׁת	
P.	M.	קַדִּישִׁין	קַדִּישַׁיָּא	קַדִּישֵׁי	
	F.	קַדִּישָׁן	קַדִּישָׁתָא	קַדִּישָׁת	
S.	M.	קַדְמַי	קַדְמָיָא & קַדְמָאָה	קַדְמַי	*primus, a.*
	F.	קַדְמָאָה	קַדְמַיְתָא	קַדְמָאַת	
P.	M.	קַדְמָאִין	קַדְמָאֵי	קַדְמָאֵי	
	F.	קַדְמָיָן	קַדְמָיָתָא	קַדְמָיָת	

PRO-

PRONOMINA

Sunt vel

1°. Perfecta. אֲנָא *ego*, אַנְתְּ *tu*, הוּא *ille*.

אֲנָא communis generis est :

S. N. אֲנָא אֲנָה *ego*. P. N. אֲנַחְנָא אֲנַחְנָה
אֲנַן נַחְנָא *nos*.

אַנְתְּ { S. N. com. אַנְתְּ אַנְתְּה אַתְּ *tu*.
P.N. masc. אַנְתּוּן אַתּוּן . fœm. אַנְתֵּין אַתֵּין
אַתֵּן *vos*.

הוּא { S. N. { masc. הוּא אִיהוּא אִינּוּא : הוּ הַוְ אִיהוּ
אַהְוָא הָלֵה אֲהֵן . *ille*.
fœm. הִיא אִיהִי אִיהָא : נִיהָא נִיהִי, *illa*.
P. N. { masc. הִנוּן אִנוּן אִינוּן הִמּוֹן : אִינְהוּ נִנְהוּ
נִינְהוּ הַנְהוּ הַנֵּי הַנָּךְ *illi*.
fœm. הִנֵּין אִנֵּין אִנִּין : נִינְהֵי אַנְהֵי, *illæ*.

2°. Imperfecta sunt vel

1°. Separata {

Singularia {
masc. דֵּךְ דֵּין דֵּלִי דֵּיכִי דַּכְּי דְּנָן דָּא הָאִי
הַי *hic, iste*, &c.
fœm. דָּךְ legitur interdum & דֵּיכִי *hæc, ista*.
com. דִּי *qui, quæ* &c. דֵּן דֵּין דְּנָא הָדֵין הֵדֵין
הָךְ הָדָא דָּא דֵּכֵן *hic iste, hæc ista* :
אִידָךְ *ecquis ecqua* &c. אֵידֵין אֵידָא
alius, a, &c. מַן מָן מָאן מַנּוּ *quis quæ*.
His adde quæ sunt Latinis neutraliter
exponenda, מָה מָא מַה מֶא מָאי
מָנָא מְנָא *quid quod* &c. הַיְנוּ *illud*.

Pluralia {
masc. אֵל אִלֵּיךְ *illi*.
com. אִלֵּין אֵלּוּ הָלֵין הֵלֵין הִלֵּין הַלָּלוּ
הַלָּךְ הַלֵּיךְ הַלֵּי הַלֵּין נִיהַלִין נִיהָלָן *illi*
illæ illa, hi hæ. &c.

2°. Inseparata : & hæc sunt vel.

Primò

1°. Præfixa

- ה eſtq; duplex vel
  - *Emphaticum* : articulus pronominum 3æ. perſ. præpoſitus cum Camets ſed ante הוא et הִיא cum pathâ :
  - *Interrogativum*, per hatephpatha.
- דְ, et ſequente ſchevâ דִ, item דִי; *Relativum*, omnium caſuum et numerorum : *qui, quæ, quod, cujus, cui, &c.*

  Inter duo nomina fit *ſignum genitivi* .
- Pro ד interdum cum ד relativo ק apud Talmudiſtas in fronte ſervit.
- Huc refer בוכלם utriuſque linguæ præfixa, eadem et ſignificatu et punctatione. Vau converſivum Chaldæis vix notum. Pro כ aliquando כְּדִ et כַּד.

2°. Suffixa : de quibus poſt verba.

Signa Casuum cum suffixis parturiunt formas sive declinationes pronominum.

Pronomen 1æ. personæ per omnia communis generis est: Pronomina 2æ. et 3æ. ubique per distincta genera variantur; excepto recto singulari 2æ.

Pronomen

1æ. pers.
- Sing. N. אנא &c. G. דילי & דידי : D. לי & לדידי . A. יתי . Abl. מני.
- Plural. N. אנחנא &c. G. דילן & דידן . D. לן & לנא. Acc. יתן & יתנא . Abl. מנן & מננא.

2æ. pers.
- Sing.
  - Masc. N. אנתה &c. G. דילך & דידך. D. לך : A. יתך . Ab. מנך .
  - Fœm. N. idem est. G. דילך & דידך . D. לכי & לך . Acc. יתך . Ab. מנך.
- Plur.
  - Masc. N. אנתון &c. G. דילכון & דידכון D. לכון . Ac. יתכון . Ab. מנכון .
  - Fœm. N. אנתין &c. G. דילכן & דידכן D. לכן . A. יתכן . A. מנכן .

3æ. pers.
- Sing.
  - Masc. N. הוא &c: G. דיליה & דידיה D. ליה . Ac. יתיה . Ab. מניה .
  - Fœm. N. היא &c. G. דילה & דידה. D. לה . Ac. יתה . Ab מנה.
- Plur.
  - Masc. N. הנון &c. G. דילהון & דידהון. D. להום & להון . Ac. המון יתהון. Ab. מנהון .
  - Fœm. N. הנין &c. G. דילהן & דידהן. D. להן . Ac. יתהן . Ab. מנהן .

Conjuga-

Conjugatio Verbi.

Radix constituitur trilitera, tertia persona perfecti ut Hebraicè. Vocales thematis, penultima semper scheva, ultima communiter patha; ut פְּקַד. Paucula habent tzeri; ut שְׁלֵט Dan. 3. 27. alia hirec, sæpius parvum; ut סְגִד Dan. 2. 46. עֲשִׁית Dan. 6. 3.

Modi et tempora omninò eadem sunt: generum distinctio paulò major.

Conjugationes numerantur quinque perfectæ: aliæ mancæ admodum & inusitatæ. Appellationem omnes retinent ab antiquo paradigmate פְּעַל; unde prima vocatur Peal. Secunda, ejus passiva Ithpeal; Tertia, Pael. Quarta, passiva ejus, Ithpael vel potius Ithpaal. Quinta Aphel: cujus passivæ defectivæ Ophal et Ittaphal: Ex his Pael & Ithpael in media gerunt Daghes.

Participium duplex est in Peal, Pael, Aphel; alterum præsens, activæ significationis; alterum præteritum, passivæ.

Paradigma Verbi Perfecti.

Tempus Modus	Num.	G.	P.	Peal	Ithpeal
PRÆTER.	S.	m	3	פְּקַד	אִתְפְּקֵד
		f	3	פִּקְדַת	אִתְפַּקְדַת
		m	2	פְּקַדְתָּ	אִתְפְּקֵדְתָּ
		c	2	פְּקַדְתְּ	אִתְפְּקֵדְתְּ
		c	1	פִּקְדֵת	אִתְפַּקְדֵת
	P.	m	3	פְּקַדוּ	אִתְפַּקְדוּ
		f	3	פְּקַדָא	אִתְפַּקְדָא
		m	2	פְּקַדְתּוּן	אִתְפְּקֵדְתּוּן
		f	2	פְּקַדְתֵּן	אִתְפְּקֵדְתֵּן
		c	1	פְּקַדְנָא	אִתְפְּקֵדְנָא
FUTURUM	S.	c	1	אֶפְקֵד	אֶתְפְּקֵד
		m	2	תִּפְקֵד	תִּתְפְּקֵד
		f	2	תִּפְקְדִי & ־ִין	תִּתְפַּקְדִין
		m	3	יִפְקֵד	יִתְפְּקֵד
		f	3	תִּפְקֵד	תִּתְפְּקֵד
	P.	c	1	נִפְקֵד	נִתְפְּקֵד
		m	2	תִּפְקְדוּן	תִּתְפַּקְדוּן
		f	2	תִּפְקְדָן	תִּתְפַּקְדָן
		m	3	יִפְקְדוּן	יִתְפַּקְדוּן
		f	3	יִפְקְדָן	יִתְפַּקְדָן
IMPERAT.	S.	m	2	פְּקֵד	אִתְפְּקֵד
		f	2	פְּקֻדִי	אִתְפַּקְדִי
	P.	m	2	פְּקֻדוּ	אִתְפַּקְדוּ
		f	2	פְּקֻדָא	אִתְפַּקְדָנָא
INFINIT.				מִפְקַד	אִתְפְּקָדָא
PARTICIPIUM Præs.	S.	m		פָּקֵד	מִתְפְּקֵד
		f		פָּקְדָא	מִתְפַּקְדָא
	P.	m		פָּקְדִין	מִתְפַּקְדִין
		f		פָּקְדָן	מִתְפַּקְדָן
PARTICIPIUM Præter.	S.	m		פְּקִיד	
		f		פְּקִידָא	
	P.	m		פְּקִידִין	
		f		פְּקִידָן	

Pael	Ithpael	Aphel
פַּקֵּד	אִתְפַּקַּד	אַפְקֵד
פַּקְּדַת	אִתְפַּקְּדַת	אַפְקְדַת
פַּקֵּדְתָּ	אִתְפַּקַּדְתָּ	אַפְקֵדְתָּ
פַּקֵּדְתְּ	אִתְפַּקַּדְתְּ	אַפְקֵדְתְּ
פַּקְּדֵת	אִתְפַּקְּדֵת	אַפְקְדֵת
פַּקִּדוּ	אִתְפַּקַּדוּ	אַפְקִדוּ
פַּקִּדָא	אִתְפַּקַּדָא	אַפְקִדָא
פַּקֵּדְתּוּן	אִתְפַּקַּדְתּוּן	אַפְקֵדְתּוּן
פַּקֵּדְתֵּן	אִתְפַּקַּדְתֵּן	אַפְקֵדְתֵּן
פַּקֵּדְנָא	אִתְפַּקַּדְנָא	אַפְקֵדְנָא
אֲפַקֵּד	אֶתְפַּקַּד	אַפְקֵד
תְּפַקֵּד	תִּתְפַּקַּד	תַּפְקֵד
תְּפַקְּדִין	תִּתְפַּקְּדִין	תַּפְקְדִין
יְפַקֵּד	יִתְפַּקַּד	יַפְקֵד
תְּפַקֵּד	תִּתְפַּקַּד	תַּפְקֵד
נְפַקֵּד	נִתְ פַּקַּד	נַפְקֵד
תְּפַקְּדוּן	תִּתְפַּקְּדוּן	תַּפְקְדוּן
תְּפַקְּדָן	תִּתְפַּקְּדָן	תַּפְקְדָן
יְפַקְּדוּן	יִתְפַּקְּדוּן	יַפְקְדוּן
יְפַקְּדָן	יִתְפַּקְּדָן	יַפְקְדָן
פַּקֵּד	אֶתְפַּקַּד	אַפְקֵד
פַּקִּדִי	אֶתְפַּקַּדִי	אַפְקִידִי
פַּקִּדוּ	אֶתְפַּקַּדוּ	אַפְקִידוּ
פַּקֵּדְנָא	אֶתְפַּקַּדְנָא	אַפְקֵדְנָא
פַּקָּדָא	אִתְפַּקָּדָא	אַפְקָדָא
מְפַקֵּד	מִתְפַּקַּד	מַפְקֵד
מְפַקְּדָא	מִתְפַּקְּדָא	מַפְקְדָא
מְפַקְּדִין	מִתְפַּקְּדִין	מַפְקְדִין
מְפַקְּדָן	מִתְפַּקְּדָן	מַפְקְדָן
כְפַקַּד		מַפְקַד
מְפַקְּדָא		מַפְקְדָא
מְפַקְּדִין		מַפְקְדִין
מְפַקְּדָן		מַפְקְדָן

Declinatio Participii in triplici formâ.

		Absol.	Emph.	Conſt.	Abſ.	Emph.	Conſt.
Part. Act.	M.	פָּקֵד	פָּקְדָא	פָּקֵד	פָּקְדִין	פָּקְדַיָּא	פָּקְדֵי
	F.	פָּקְדָא	פָּקַדְתָּא	פָּקְדַת	פָּקְדָן	פָּקְדָתָא	פָּקְדָת
Part. Paſ.	M.	פְּקִיד	פְּקִידָא	פְּקִיד	פְּקִידִין	פְּקִידַיָּא	פְּקִידֵי
	F.	פְּקִידָא	פְּקִידְתָּא	פְּקִידַת	פְּקִידָן	פְּקִידָתָא	פְּקִידָת

Perfectum Peal pro patha accipit hirec immutabile, & paſſivè ſignificat, undè oritur forma Peil quam vocant.

	Sing.	Plural.
M. 3.	פְּקִיד	פְּקִידוּ
F. 3.	פְּקִידַת	פְּקִידָא
M. 2.	פְּקִידְתְּ	פְּקִידְתּוּן
F. 2.	פְּקִידְתִּי	פְּקִידְתֵּין
C. 1.	פְּקִידֵת	פְּקִידְנָא

At verò ſi ipſum thema exeat in tzeri vel hirec (parvum aut magnum), vocales in flexione ſervantur; præterquam ubi pro ſe invicem, hirec præſertim pro tzeri, & pro eodem regulare ubique ſcheva, ſuccedunt.

Peal. Perf. קְרֵב קְרִיב, יְבֵת בֵּת, יְבַת בֵּת, יְבֵתְ בֵּתְ, קְרֵבַת קְרִיבַת, קְרִיבוּ קְרֵבוּ rarius קְרֵבָא קְרִבָא, קְרֵבְתּוּן, קְרִיבְתּוּן, קְרֵבְתֵּין קְרִיבְתֵּין קְרִיבְנָא קְרֵבְנָא. Fut. אֶקְרֵב אֶקְרִיב &c. Imperat. קְרֵב קְרִיב; קְרִיבִי &c. Infin. מִקְרֵב מִקְרִיב. Particip. קָרֵב קָרִיב &c. קְרִיב &c.

Ithpeal. Perf. אִתְקְרֵב אִתְקְרִיב, אִתְקְרֵבַת & אִתְקְרִיבַת &c. Fut. אֶתְקְרֵב אֶתְקְרִיב. Imperat. idem. Infinit. אִתְקְרִיבָא. Part. מִתְקְרֵב מִתְקְרִיב &c.

Pael. Perf. קָרֵב קָרִיב, קָרֵבַת קָרִיבַת &c. Fut. אֲקָרֵב אֲקָרִיב &c. Imperat. קָרֵב קָרִיב, קָרִיבִי &c. Infin. קָרִיבָא. Part. מְקָרֵב מְקָרִיב &c.

Ithpaal. Perf. אִתְקָרֵב & אִתְקָרִיב &c. Fut. אֶתְקָרֵב אֶתְקָרִיב &c. Imperat. idem. Infinit. אִתְקָרִיבָא.

Aphel

Aphel Perf. אַקְרִיבַת אַקְרְבַת , אַקְרִיב אַקְרֵב &c.
Fut. אַקְרִיב אַקְרֵב &c. Imperat: idem. Inf. אַקְרָבָא.
Part. מַקְרִיב & מַקְרֵב &c.

Quinetiam verba quovis modo terminata, in omnibus personis (alia in aliis) omnium conjugationum reperiuntur cum tzeri vel hirec sub mediâ rad. præter communem formam: quæ licèt singula diversorum sint thematum, tamen ut universa uno intuitu oculis subjiciantur, nec ad singularum ubique personarum terminationes repetatur eadem usque ad nauseam exceptio, sub unam hujus Paradigmatis normam revocari possunt.

Peal. Perf. פְּקִיד פְּקֵד &c. Fut. אֶפְקִיד אֶפְקֵד &c.
Imp. פְּקִיד פְּקֵד . Inf. rarissimus. Part. פָּקִיד פָּקֵד &c.
Ithpeal. Perf. אִתְפְּקִיד אִתְפְּקֵד . Fut. אֶתְפְּקִיד אֶתְפְּקֵד &c. Imp. idem. Infin. אִתְפְּקִידָא . Part. מִתְפְּקֵד מִתְפְּקִיד &c.
Pael. פַּקִּיד פַּקֵּד &c. Fut. אֲפַקִּיד אֲפַקֵּד &c. Imp. פַּקִּיד פַּקֵּד &c. Part. מְפַקִּיד מְפַקֵּד &c.
Ithpaal. Perf. אִתְפַּקִּיד אִתְפַּקֵּד &c. Fut. אֶתְפַּקֵּד אֶתְפַּקִּיד &c. Imp. idem.
Aphel. Perf. Fut. & Imp. אַפְקֵד & אַפְקִיד &c.

Conjugationes mutilæ (quarum exempla rariora & ex verbis plerumque anomalis collecta) hunc in modum describuntur.

Ophal rectiùs Hophal, forma à fronte planè Hebraica, à fine Chaldaicè variatur:
Perf. אָפְקַד vel potiùs הָפְקַד , הָפְקְדַת , הָפְקַדְתְּ , הָפְקַדְתְּ , הָפְקְדַת &c.
Particip. מָפְקַד מָפְקְדָא &c.
Fut. אָפְקַד & Infin. הָפְקָדָא afferuntur à Grammaticis: apud Scriptores vix reperienda.

Ithaphal vel potius Ittaphal sic conjugatur.
Perf. אִתְאַפְקַד vel אִתַּפְקַד, אִתְאַפְקְדַת vel אִתַּפְקְדַת אִתְאַפְקְדֵת & אִתַּפְקְדֵת &c.
Fut. אֶתְאַפְקַד vel אֶתַּפְקַד, תִּתְאַפְקַד vel תִּתַּפְקַד &c.
Partic. מִתְאַפְקַד vel מִתַּפְקַד, מִתְאַפְקְדָא vel מִתַּפְקְדָא &c.
Infin. אִתְאַפְקָדָא vel אִתַּפְקָדָא.

Reliqua quæ nondum se obtulerunt, addat qui invenerit.

Animadversiones in Paradigma verbi Perfecti:
Primò Generales.

א formativum in principio vel fine mutatur identidem in ה cognatum; ut הִשְׁתְּכַח pro אִשְׁתְּכַח *inventus est*, Esr. 6. 2. כָּתְבָה pro כָּתְבָא *scribens f.* Dan. 5. 5.

א in fine semper exigit Camets: in principio Peal, amat hatephsægol: in Pael, hateph-patha: in Aphel, patha.

את præpositiva syllaba in perfecto & infinitivo sub se regit hirec: in futuro & imperativo, sægol: neutrum tamen perpetuum: perfectum enim quandoque, rarissimè infinitivus, sægol admittit; ut אֶתְכְּרִי *contritus est*, Dan. 7. 15. imperativus sæpe hirec; ut אִתְכַּנְּשׁוּ *congregemini*, Gen. 49. 1. à quo nec futurum penitus abhorret; ut אִתְיַקַּר *glorificabor*, Exod. 14. 4. Πλεοναζει hîc etiam jod interjectum; ut אִיתְעֲקַרוּ Dan. 7.8.

Transponitur ת, si prima radicalis sit sibilans; ut מִשְׁתַּבַּשׁ *attonitus* Dan. 5. 9. Propter ז & צ mutatur in ד & ט, veluti in Hebræo Hithpael; ut הִזְדַּמִּן *præparavit se*, pro הִתְזַמִּן, Dan. 2. 9. Evanescit etiam ante ט ד ת, quæ ideo daghes compensativo notantur; ut אִדְּבַר pro אִתְדְּבַר *captus est*, Ezek. 33. 6. Interdum nec transponitur nec evanescit; ut אִתְסְהֵד *contestatio facta est*, Exod. 21. 29. מִתְתְּבַר *fractus*. Prov. 14. 28. Apud Chaldæos Scriptores omittitur aliquando ante alias

alias consonas, ob ejus defectum daghesatas, ut אִיכְּתִיב pro אִיתְכְּתִיב *scriptus est*, Psal. 40. 8. Ab iisdem alibi substituitur נת pro את ut נִתְמְסַר *traditus est*, 1 Sam. 23. 7.

Aliæ omnes formativæ postulant scheva, sed ante socium scheva, hirec: in Aphel patha, hirec rariùs.

ה post aliam formativam usitatissimè redundat in Aphel; quæ forma Danieli & Esræ in communi usu est; ut נְהַשְׁכַּח pro נַשְׁכַּח *inveniemus*, Dan. 6. 5. מְהַקְרְבִין pro מַקְרְבִין *offerentes*, Esr. 6. 10. interdum י ut תְּיוֹסֵף pro תּוֹסֵף *addas*, Prov. 30. 6.

Sub ultimâ propter significationem intransitivam, aut ע ח ר constanter est patha; ut דַּבַּר *dixit*.

Daghes exclusum gutturalibus, raro producit antecedentem brevem; ut מְסַעֲדִין non מְסָעֲדִין *auxiliantes*, Esr. 5. 2. אַחַת non אֲחִת Isa. 43. 14. ר autem semper; ut בָּרֵךְ non בַּרֵּךְ Dan. 2. 19.

Tzeri & hirec ubivis inter se facilè permutantur; ut דְּחִלִית pro דְּחֵלֶת *timui*, Gen. 3. 10. Post tzeri autem & hirec parvum, jod epentheticum advenit; ut מַלֵּיל pro מַלֵּל *dixit*, Exod. 20. 1. יְתִיב *sedit*, Dan. 7. 9. pro יְתֵב usitatiore. Eodem modo schurec, Kibbuts & holem se permutant; ut תְּקוּפוֹ pro תְּקָפוֹ Psal. 31. 25. אֶרְכוּם pro אֶרְכֻם, Ruth. 3. 4. רְחוּם pro רְחֻם Psal. 31. 21.

Vicariæ vocales prorsus ut ipsæ principales se habent; ut אֲמַרוּ Dan. 2. 9. schurec autem manet immutabilis; ut תִּדְמוּכִי pro תִּדְמְכִי Ruth. 3. 4. (quemadmodum in idiomate Hebræo, Ruth. 2. 8.)

Personæ in ו sibi attrahunt ן paragogicum; שְׁמַעוּן pro שְׁמַעוּ *audite*, Prov. 5. 7. Insolentiùs tertia plur. fœm. suum א in ן mutat; ut נְטַלָן pro נְטַלָא Ruth. 1. 9. Terminatio ון nonnullibi sic geminatur; ut תְּפַקְדוּנוּן pro תְּפַקְדוּן *præcipietis*, Deut. 32. 46. Quin & ן per apo-

apocopen aufertur ; ut יֵאבְדוּ pro יֵאבְדוּן *peribunt*, Jer. 10. 11. תֵּיזִלִי *ibis*, Ruth. 2. 9.

In conjugationibus quibuscunq; sæpissimè vocales, quandoq; forma integra remigrat in Hebraismum; ut אֶסְגּוֹד pro אֶסְגֻּד Ps. 5. 8. פְּרוֹק pro פְּרֻק Psal. 26. 1. טוּל Exod. 14. 16. יוּכַל Dan. 2, 10. אֲמוּרוּת Ruth. 1. 17. יִתֵּן Isa. 31. 5. אֶעֱנֶה Pro. 1. 28. & sic in cæteris : Longiùs quoque in Syriasmum degenerat ; ut נִפְקַרְתְּ pro נִפְקַרְתְּ Dan. 2. 13. נִתְּיַקֵּר pro יִתְיַקֵּר Prov. 27. 18.

Denique per totam verbi flexionem multimodæ obveniunt mutationes, quæ sub certis regulis non cadunt ; ut הִזְדְּמִנְתּוּן pro הִזְדַּמִּנְתּוּן *præparastis vos*, Dan. 2. 9. יְשֵׁיזְבִינְכוֹן pro יְשֵׁזְבִנְכוֹן *liberabit vos*, Dan. 3. 15.

Secundò Speciales.

In Perfectis : Pro א sæpe ponitur ו in fine tertiæ pl. fœm. ut נְפַלוּ pro נְפַלָא Dan. 7. 20.

Secunda sing. masc. in תְּ sepè adsciscit א vel ה paragogicum ; ut אֲכִילְתָּא pro אֲכַלְתְּ Prov. 23. 8. חֲזַיְתָה pro חֲזַיְתָ Dan. 2. 41.

In Futuris : Patha pro kibbuts frequens succedit ; ut יִלְבַּשׁ pro יִלְבַּשׁ Dan. 5. 7.

Pro י formativo reperitur ת ; ut תִּתְפַּקְּקָן *apertæ erunt*, pro יִתְפַּקְּקָן Psal. 31. 19.

In Imperativis : Patha itidem pro kibbuts ; ut כְּתַב pro כְּתֹב Exod. 17. 14.

In Infinitivis : Peal sumit ו vel ֵ, loco patha ; ut מִשְׁנוֹ vel מִשְׁנֵוֹ Job. 29. 6. Additur nonnunquam א ; ut מִסְעֲדָא Psal. 118. 7. Aufertur מ ; ut לִבְנָא pro לְמִבְנָא Esr. 5. 3, 13.

Multifariàm variantur reliqui infinitivi : Est ubi primo vertunt אֱ in וּת (præsertim cum suffixis) ; ut אִתְכַּנְּשׁוּת Psal. 102. 23. & in וּ ; ut אִתְכַּנְּעוּ Jerem. 8. 12. Secundo, Formantur Talmudicè in ֹ cum proximiore ; ; Itidem & Infinitivus Peal, abjecto figurativo

rativo מ; ut אִשְׁתְּכוּלֵי pro אִשְׁתְּכָלָא, אַכְרוּזֵי pro אַכְרְזָא. קְטוּלֵי pro מִקְטַל: præeunte interdum ſcheva; ut כַּתָּמֵי pro כַּתְּמָא. Tertiò adhibetur initio מ; ut מִתְבְּנֵיָא pro אִתְבְּנֵיָא Prov. 1. 6. Quartò, Scheva ſub penultimâ; ut מִתְרְחֲצָא pro אִתְרְחֲצָא Pſal. 118. 9. Quintò א in fine omittitur; ut אִתְפַּרְעַ pro אִתְפַּרְעָא Thren. 1. 17.

Uſus infinitivi Pehal niſi in Geminatione nullus eſt; ut תִּמְסַר מִמְסַר *tradendo trades*, Jud. 11. 30. aliàs cum בכלם: (Sed יְדַע מִקְרֵי *ſciet vocare* Iſa. 8. 4.). מ præfigendo, intervenit ל; ut מִלְמִפְקַד pro מִפְקַד.

Infinitivi in א cum ſequente nomine conſtructi, more fœmininorum, in ת migrant; ut לְהַנְזָקַת מַלְכִין *ad nocendum regibus*, Eſr. 4. 22. pro לְהַנְזָקָא.

In Participiis: Patha ſub primâ pro Cametz, ut אַזְרָא pro אָזְרָא Dan. 3. 8. פַּרְסִין pro פָּרְסִין ibid. v. 15.

Affertur ex Talmudicis ו in plurali pro ין; ut מְרַחֲמוּ *miſerentes*, pro מְרַחֲמִין.

VERBA ANOMALA.

In totidem claſſes diſtribuuntur quot apud Hebræos:

Anomalia accidit vel propter radicalem
- Primam; Pe
  - Nun; נְפַק *egreſſus eſt.*
  - Aleph; אֲכַל *comedit.*
  - Jod; יְתַב *habitavit.*
- Mediam; Ajn
  - Vau (vel jod) קוּם *ſurgere.*
  - Geminatam; דְּקַק *imminutus eſt.*
- Finalem; Lamed Aleph, He vel Jod; גְּלָא גְּלָה vel גְּלִי *reportavit.*

Similiter propter gutturalem aut ר; finalem vel ultimam, aut etiam mediam; עֲבַר *tranſiit.*

Ad normam verbi Perfecti פקד flectuntur verba omnia anomala: à quâ ubi hæc diſcrepaverint, ex ſequentibus tum ſingulorum Paradigmatum formulis, tum animadverſionibus, diſtinctè monebitur.

Co-

Conjugatio Verbi Defectivi Pe Nun נְפַק *egressus est*.

Peal	Ithpeal	Pael	Ithpaal	Aphel.
נְפַק	אִתְנְפַק	נַפֵּק	אִתְנַפַּק	אַפֵּק
נִפְקַת	אִתְנִפְקַת	נַפְּקַת	אִתְנַפְּקַת	אַפְּקַת
נְפַקְתְּ	אִתְנְפַקְתְּ	נַפֵּקְתְּ	אִתְנַפַּקְתְּ	אַפֵּקְתְּ
נְפַקְתְּ	אִתְנְפֵקְתְּ	נַפֵּקְתְּ	אִתְנַפֵּקְתְּ	אַפֵּקְתְּ
נְפַקִת	אִתְנְפִקֵת	נַפֵּקִת	אִתְנַפֵּקִת	אַפֵּקִת
נְפַקוּ	אִתְנְפִקוּ	נַפִּקוּ	אִתְנַפַּקוּ	אַפִּקוּ
נְפַקָא	אִתְנְפַקָא	נַפָּקָא	אִתְנַפַּקָא	אַפְּקָא
נְפַקְתּוּן	אִתְנְפַקְתּוּן	נַפֵּקְתּוּן	אִתְנַפַּקְתּוּן	אַפֵּקְתּוּן
נְפַקְתֵּין	אִתְנְפַקְתֵּין	נַפֵּקְתֵּין	אִתְנַפַּקְתֵּין	אַפֵּקְתֵּין
נְפַקְנָא	אִתְנְפַקְנָא	נַפֵּקְנָא	אִתְנַפַּקְנָא	אַפֵּקְנָא
אֶפַּק	אֶתְנְפַק	אֲנַפֵּק	אֶתְנַפַּק	אַפֵּק
תִּפַּק	תִּתְנְפַק	תְּנַפֵּק	תִּתְנַפַּק	תַּפֵּק
תִּפְּקִין	תִּתְנַפְקִין	תְּנַפְּקִין	תִּתְנַפְּקִין	תַּפְּקִין
יִפַּק	יִתְנְפַק	יְנַפֵּק	יִתְנַפַּק	יַפֵּק
תִּפַּק	תִּתְנְפַק	תְּנַפֵּק	תִּתְנַפַּק	תַּפֵּק
נִפַּק	נִתְנְפַק	נְנַפֵּק	נִתְנַפַּק	נַפֵּק
תִּפְּקוּן	תִּתְנַפְקוּן	תְּנַפְּקוּן	תִּתְנַפְּקוּן	תַּפְּקוּן
תִּפְּקָן	תִּתְנַפְקָן	תְּנַפְּקָן	תִּתְנַפְּקָן	תַּפְּקָן
יִפְּקוּן	יִתְנַפְקוּן	יְנַפְּקוּן	יִתְנַפְּקוּן	יַפְּקוּן
יִפְּקָן	יִתְנַפְקָן	יְנַפְּקָן	יִתְנַפְּקָן	יַפְּקָן
פַּק	אֶתְנְפַק	נַפֵּק	אֶתְנַפַּק	אַפֵּק
פְּקִי	אֶתְנַפְקִי	נַפְּקִי	אֶתְנַפְּקִי	אַפְּקִי
פְּקוּ	אֶתְנַפְקוּ	נַפְּקוּ	אֶתְנַפְּקוּ	אַפְּקוּ
פְּקָנָא	אֶתְנַפְקָנָא	נַפֵּקְנָא	אֶתְנַפֵּקְנָא	אַפֵּקְנָא
מִפַּק	אִתְנְפָקָא	נַפָּקָא	אִתְנַפָּקָא	אַפָּקָא
נָפֵק	מִתְנְפַק	מְנַפֵּק	מִתְנַפַּק	מַפֵּק
נָפְקָא	מִתְנַפְקָא	מְנַפְּקָא	מִתְנַפְּקָא	מַפְּקָא
נָפְקִין	מִתְנַפְקִין	מְנַפְּקִין	מִתְנַפְּקִין	מַפְּקִין
נָפְקָן	מִתְנַפְקָן	מְנַפְּקָן	מִתְנַפְּקָן	מַפְּקָן
נְפִיק		מְנַפַּק		מַפַּק
נְפִיקָא		מְנַפְּקָא		מַפְּקָא
&c.		&c.		&c.

Conjugatio verbi Quiescentis Pe Aleph אֲכַל *comedit.*

Peal	Ithpeal	Pael	Ithpaal	Aphel.
אֲכַל	אִתְאֲכַל	אַכֵּל	אִתְאַכַּל	אוֹכֵל
אֲכַלְתְּ	אִתְאֲכַלְתְּ	אַכֵּלְתְּ	אִתְאַכַּלְתְּ	אוֹכֵלְתְּ
&c. אֲכַלְתָּ	אִתְאֲכַלְתָּ	אַכֵּלְתָּ	אִתְאַכַּלְתָּ	אוֹכֵלְתָּ
אֵיכַל	אֶתְאֲכַל	אֲכֵל	אֶתְאַכַּל	אוֹכֵל
תֵּיכַל	תִּתְאֲכַל	תְּכֵל	תִּתְאַכַּל	תּוֹכֵל
תֵּיכְלִין	תִּתְאַכְלִין	תְּכַלִּין	תִּתְאַכְּלִין	תּוֹכְלִין
&c. יֵיכַל	יִתְאֲכַל	יְכֵל	יִתְאַכַּל	יוֹכֵל
אֱכַל	אֶתְאֲכַל	אַכֵּל	אֶתְאַכַּל	אוֹכֵל
&c. אֱכַלִי	אֶתְאַכְלִי	אַכְּלִי	אֶתְאַכְּלִי	אוֹכְלִי
מֵאכַל	אִתְאֲכָלָא	אַכָּלָא	אִתְאַכָּלָא	אוֹכָלָא
אָכֵל	מִתְאֲכֵל	מְאַכֵּל	מִתְאַכֵּל	מוֹכֵל
&c. אָכְלִין	מִתְאַכְלִין	מְאַכְּלִין	מִתְאַכְּלִין	מוֹכְלִין
אֲכִיל		מְאַכַּל		מוֹכָל
&c. אֲכִילִין		מְאַכְּלִין		מוֹכְלִין

Conjugatio Verbi Quiescentis Pe Jod יְתַב *sedit.*

יְתַב	אִתּוֹתַב	יַתֵּב	אִתְיַתַּב	אוֹתֵב
יְתִבַת	אִתּוֹתְבַת	יַתְּבַת	אִתְיַתְּבַת	אוֹתְבַת
&c. יְתַבְתָּ	אִתּוֹתַבְתָּ	יַתֵּבְתָּ	אִתְיַתַּבְתָּ	אוֹתֵבְתָּ
אֵיתֵב	אֶתּוֹתַב	אֲיַתֵּב	אֶתְיַתַּב	אוֹתֵב
תֵּיתֵב	תִּתּוֹתַב	תְּיַתֵּב	תִּתְיַתַּב	תּוֹתֵב
&c. יֵיתֵב	יִתּוֹתַב	יְיַתֵּב	יִתְיַתַּב	יוֹתֵב
תֵּב	אֶתּוֹתַב	יַתֵּב	אֶתְיַתַּב	אוֹתֵב
תִּבִי	אֶתּוֹתְבִי	יַתְּבִי	אֶתְיַתְּבִי	אוֹתְבִי
תִּבוּ	אֶתּוֹתְבוּ	יַתְּבוּ	אֶתְיַתְּבוּ	אוֹתְבוּ
תֵּבְנָא	אֶתּוֹתַבְנָא	יַתֵּבְנָא	אֶתְיַתֵּבְנָא	אוֹתֵבְנָא
מֵיתַב	אִתּוֹתָבָא	יַתָּבָא	אִתְיַתָּבָא	מוֹתָבָא
יָתֵב	מִתּוֹתַב	מְיַתֵּב	מִתְיַתַּב	מוֹתֵב
